Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tuos. Dixerunt venite
disperdamus eos de
gente et non memoretur
nomen israhel ultra. Quoniam
cogitaverunt unanimi
ter simul. adversus te te
stamentum disposue
runt tabernacula ydu
meorum et ysmahelite. et
Moab et agareni gebal
et amon et amalech. ali
enigene cum habitantibus
tyrum. Etenim assur
venit cum illis facti sunt in ad
iutorium filiis loth.
Fac illis sicut madian
et sysare. sicut iabyn in
torrente cyson. Disper
ierunt in endor facti sunt ut
stercus terre. Pone prin
cipes eorum sicut oreb et
zebee et salmana. Deus
meus pone illos ut ro
tam. et sicut stipulam
ante faciem venti. Si
cut ignis qui comburit
silvam. et sicut flamma
comburens montes. Ita
persequeris illos in tem
pestate tua. et in ira tu
a turbabis eos. Im
ple facies eorum ignomi
nia. et querent nomen
tuum domine. Erubes
cant et conturbentur in
seculum seculi. et confundantur et
pereant. Et cognoscant
quia nomen tibi dominus. tu solus al
tissimus in omni terra.
Quam dilecta taber
nacula tua domine
virtutum concupiscit et de
ficit anima mea in atria
domini. Cor meum et car
o mea. exultaverunt in
deum vivum. Etenim
passer invenit sibi domum.
et turtur nidum sibi. ubi
ponat pullos suos. Al
taria tua domine virtu
tum. rex meus et deus
meus. Beati qui habitant in
domo tua. in secula se
culorum laudabunt te.

Omnes principes eorum qui dixerunt:
hereditate possideamus sanctuarium dei.